

www.e-rara.ch

S. Biblia cum Veteris, tum Novi Testamenti

Nicolaus Brylinger Erben

Basileae, Anno 1578

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-3904>

Hieronymi in librum Iob praefatio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HIERONYMI IN LIBRUM IOB PRÆFATIO.

Cogor per singulos scripture diuine libros aduersariorum res spondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem septuaginta interpretum criminant, quali non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, uel uerbum est uerbo, uel sensum est sensu, uel ex utroque cōmixtum, & mediæ temperatū genus translationis expresserint: & omnia ueteris instrumētū uolumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos uel additos, uel de Theodotione sumptos nāslationi astisque inseruit, probans defuisse quod additū est. Discat igitur obreptatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meā cū asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut quæ plura intermisisse suspicerint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcis præ in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima deturcabitur, & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti sermē aut octingenti uersus desunt, ut decurtatus & laceratus, corrosusque liber, foeditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullū de ueteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico Arabicoque sermone, et interdum Syro, nunc uerba, nunc sensus, nunc simul utrunque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus, & quod Græci rhetores uocant, schematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit: ut si uelis anguillam uel murenulam stratis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabietur. Memini me ob intelligentiā

huius uoluminis, Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, uescio. Hoc unū scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque uoluminis, usque ad uerba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porro à uerbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictū est, Conceptus est homo: usque ad eum locū, ubi ante finem uoluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehēdo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere: hexametri uersus sunt, dactylo spondæoque currētes: & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporū. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis, & tinnulis fertur uersibus pedū solutis: quod metrici magis, quā simplex lector intelligunt. A supradicto autem uersu usque ad finem libri, paruum cōma quod remanet, prosa oratione contextitur. Quod si cui uideatur incredulum, meta scilicet esse apud Hebræos, & in more nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, uel Psalteriū, uel lamentationes Ieremiæ, uel omnia ferme scripturarum cantica cōprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebiū, & eorum testimonio, me uerū dicere cōprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco mei in hoc uolumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut ceteris scriptorum uitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent, qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus, & in Latinis penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos et rhetores

& philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos post septuaginta editionem, iam Christi euangelio coruscante, Iudeus Aquila, & Symmachus ac Theodotus, Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in exemplis habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis uiris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & uexillum crucis in mea fronte portans, cuius studiū fuit omnia repetere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesie purgare, & fideliter aperire sermone, uel a fastidiosis uel a malignis lectoribus non debeo reprobari? Hæbeant qui uolunt ueteres libros, uel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, uel uincialibus (ut uulgò aiunt) literis onera magis exarata quam codices: dum modo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quam emendatos. Vtraque autem editio, & septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinū meo labore translata est. Eligat unusquisque quod uult, & studiosum me magis, quam meum Ieuolum probet.

ALIA EIVSDEM

Præfatio.

Si autem fuscillam iunco texerem, aut palmarum folia complerem, aut in sudore uultus mei comederem panem, & uentris opus sollicita mente pertraherem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Saluatoris uolo operari cibum qui non perit, & antiquā diuinorum uoluminum uiam sentibus uirgultisque purgare, error mihi geminus infigitur, corrector uitiorum falsarius uocor, & errores non auferre, sed ferere,

Tanta est enim uenustatis consuetudo, ut etiam confessis plerisque uita placeant, dum magis pulchros habere uolunt codices, quam emendatos. Quapropter fratres dilectissimi, unicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellis, munusculis monachorum, spiritalia hæc & mansura dona suscipere, ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & uermibus scatebat eritorum, integrum immaculatūque gaudete. Quomodo enim pesti probationem atque uictoriam, duplicia sunt ei uniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, ut audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur & uos, & unumquemque lectorē solita præfatione commoneo, & in principis librorū eadē semper annectēs, rogo, ut ubicunque semper præcedentes uirgulas uideritis, sciatis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis uoluminibus non haberi. Porro ubi stelsæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Nec non & illa quæ haberi uidebantur, et ita corrupta erant, uel sensum legentibus tollerēt, orantibus uobis magno labore correxi, magis utile quid ex ocio meo ecclesijs Christi uenturū ratus, quam ex aliorum negotio.

ARGUMENTVM IN
Librum Iob.

In terra quidem habitasse Iob Husitidi, in finibus Idumææ & Arabiæ fertur, & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit uxorē Amrabissam, & genuit filium quē uocauit Ennon. Erat autem ipse filius quidē Zare, de Esau filijs filius, de matre uero Bosra, ita ut sit generus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua et ipse regnauit: sed primus in ea regnauit Bela filius Beor, & non me ciuitatis eiusdē Denaba. Post